noscendi facultatem nactus erat. Mihi gratulari ei hanc gloriam, atq; hoc donum
divinæ benignitatis, simpliciter fatebor, Confessionem Ill. Augustanam anti-
quissimam adamasse, et quantum etiam potuerit, eam propagare sectam
atq; doctrinam conatum esse; sed miserum aliquando sui Dominum animum
suum veritati illustrasse; atq; ab huius quidem conspirationis approbat-
ione etiam vitiis et, atq; intimajis esse detersisse. Hæc ego pluribus ad te
ego, pro occupatum hoc meum tempus licebat, scripsi; ut non miraculo simili
quam plurimum cognitam habeas. Sed acta de conspiratione hunc habu-
exitum, ut haeretici omnes scribendo adfuerint, ac non nulli etiam Catholici
Episcoporum, præter Cracoviensem, nemo. Atq; his ipsis duces Archiepis obnux-
arunt obligari, inferiq; in tabulas publicas hanc voluntatem, ac sententia
suam insserunt, ne quid publica auctoritatis id fœdus habeat. Epistolam
tuam ad Reginam, quam mihi Cardinalis Solionia misit; Alberto Lasco
Palatino Syradiensi dedi, eumq; rogavi, ut perferendam curet. Ille perlibenter
faciturum recepit, puerosq; dedita opera cum ijs litteris ad Reginam subi-
misit. Ad ea, quæ mihi scripsisti, non est quod respondeam, atq; Card.
iudicam. Vale. Dresdiæ. Cal. Febr. M. D. L x x iij.

Ant. Mar. Gratianus Nicolao
Vermico S. D.

23

Simili esset otium, aut nisi essem assidue in negocio, non solum nullam partem
tuarum literarum prætermittam, ad quam accurate non veriberem, sed
multis te rebus ad scribendum ultro lacessiam; neq; enim libentius quicq
facio. Verum plerumq; premor angustia temporis, quod etsi non
ignorari abs te intelligo, tamen hac uter sæpe excusatione, cum ut
in his raptim scriptis maiorem diligentiam ne requiras, tum quod
laboris mei molestias perscribens tibi levari quodammodo ipse vi-
deor. At mihi, mi Vermici, scito in summa voluptate, quam ex plen-
issimis amore benevolentia, fide, suavitate his tuis capio, maximum
attulisse dolorem, quod de Pre nuper ad me scripsisti. Ego vero qd
quaris plane contego, ut te indicem Patri; et totius facti et consilij tui
rationem aperias: nisi essem eius his admonitus, licuit fortasse tibi
silentio rem dissimulare. nunc vero neq; licet, neq; omnino expedit. Equ-
dem mihi persuadere non possum aegre laturum Patrem secta tibi
auctoritatem et fuisse, et futuram antiquissimam; et plurisq; quam
etiam ipsius Patris. Sic n. admonimur divino præcepto obedire
nos oportere Deo magis quam hominibus, et ita observandos et colen-
dos nobis esse parentes, ut eorum causa nihil ab Ecclia, id est, a
Dei iussis recedamus. Qui enim, inquit Dns, amat Patrem, aut
Matrem plusq; me non est me dignus. Itaq; ~~omni~~ adhibita ea
modestia, qua ornare omnia et dicta tua et facta solis, perscribe
audaciter Patri te in Cath.ca esse Ecc.a atq; in ea, in qua, et pro qua
tot sanctissimi, et Deo dilecti viri mortem oppetierint, imo ea, quam
maiores tui, viri clarissimi, augustissime semper coluerint. Esse eam
Ecclam Dei; ac non solum esse, sed notam quoq, et urbi supra
montem posita comparatam esse. Cum n. præceperit nobis divi-

Quæ ex Leonora si eruntur integra vel Vol. II. Gratiani Epistolae. pag. 157.